ΕΠΙΚΑΙ, ΚΑΙ ΕΛΕΓΕΙΑΚΑΙ ΓΝΩΜΑΙ.

EPICÆ ET ELEGIACÆ SENTENTIÆ

MINORUM POETARUM GRÆCORUM,

Pythagoræ sc.	Solonis
Phocylidis,	Tyrtæi, &
Theognidis,	Aliorum.

Addita Monosticha Incertorum a GROTIO *collecta, & nonnulla Epigrammata Moralia excerpta ex* ANTHOLOGIA, GRÆCE, *&* LATINE.

IN USUM SCHOLARUM.



VENETIIS, MDCCXLVI.
Apud SIMONEM OCCHI.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



Nobili & Eximio Adoleſcenti

ANTONIO ABBATI REDETTO

MARCI PATRICII VENETI FILIO.

SIMON OCCHI.

F.

AUdivi ſæpenumero doctorum hominum querelas, plurimos quidem eſſe, qui ad literarum ſtudia confluerent, paucos admodum, qui eruditiores redirent: aut ſi variam eloquentiæ, doctrinæ, ſcientia-

tiarumque referrent supellectilem, non tamen prudentia, & moribus meliores fierent, in vivendi immo ratione, officiisque colendis turpius cæteris aberrarent. Incusabant alii quorumdam perversam docendi methodum, qua diutius in verborum, phrasiumque tricis & ambagibus fatigatis tenellis puerorum mentibus, desperatione prope ducti in ipso curriculo iidem deserunt studia, vel tarde nimis ad graviores disciplinas adducti, vix iis e limine salutatis ex scholis exeunt, e quibus nil aliud tot laboribus, tanto impendio, tamque diuturno tempore sentiunt se retulisse, nisi inanem & puerilem doctrinam, turgidam inflatamque facundiam, & mentis, quandam levitatem, atque intemperiem. Dolebant nonnulli juvenes ingenii acumine perspicuaque præditos mente, omnibus iis litteris, quæ humaniores dicuntur, optime imbutos, Poetarum, & Historicorum lectione instructos, scientiarum etiam præstantissimarum doctrinis ornatos, cum ex umbratili schola deducuntur in fori celebritatem, & in mediam reipublicæ lucem, arrogantiam simul, aliorum contemptum, indocilitatem, inurbanitatem, licentiam, pluraque id genus vitia, & vitæ pestes afferre: quasi ex humanioribus litteris non humaniores fieri mores, & ex sapientum scriptorum quotidiano commercio non debeant expoliri. Ajebant itaque animos hominum non legum numero, nec pœnarum metu, sed recta institutione, & virtutis persuasione efformandos esse; a puerorum optima educatione ordiendum, quorum ingenia curis cæte-

ris

ris vacua, & ad concipienda, quæ audierint, retinendaque omnino comparata, idonea sunt, in quibus sanioris doctrinæ semina coalescant, altisque jactis radicibus uberrimos deinde proferant fructus. Laudabant propterea doctorum illorum diligentiam, qui dum pueris latini sermonis elementa demonstrarent, iis statim meliores scriptores, ad eorumque captum magis accommodatos legendos traderent, a quibus non tam vocabula, & dicendi genera haurirent, quam recte vivendi præcepta, sententiasque ad mores instituendos ediscerent, quæ ex nitidissimis Phædri fabulis, elegantissimisque Publii Syri Mimis peti solent: exigui fortasse momenti studia, dum in scholarum cancellis, & parietibus clauduntur, maximi certe ad reliquos vitæ usus, ut quodcumque sint iter ingressi, demandato munere melius fungantur, sibique, familiæ, hominum societati, patriæ utiliores reddantur. Sed cum Latinæ literæ a Græcis, e quibus fluxerunt, minime sejungendas, & nonnisi inanem, atque exsuccam sine harum ope eloquentiam comparari posse dictitarent, deplorabant miseram Italiæ vicem, ad quam e transalpinis gentibus perraro, difficili negotio, magnoque pretio melioris notæ libri, & Græcorum præcipue auctorum advehebantur, ut præter alias non sit hæc postrema causa, cur fere scholis exulet eorum lectio: maximeque optandum fore facilem, & in promptu esse libellum Græci alicujus auctoris, qui puerorum manibus teri posset, ac una cum suavissimis Æsopicis fabulis eandem

dem præstarent Græce discentibus utilitatem, quam Latine Phædrus, & Syrus; idest præter simplicem, nitidam, & sermoni familiari similem locutionem, honeste etiam vivendi præcepta suppeditarent, quæ veluti accensa face in omni vitæ genere adolescentes perducerent, & admonerent. Repetitis hisce sermonibus, quo publicæ utilitati inservirem, optimæque adolescentum primæ institutioni consulerem, facile adductus sum, ut libellum hunc ederem, quo faciliori, ac magis compendiosa via optatum finem assequerentur. Doctissimorum itaque hominum sequutus vestigia, Neandri, Crispini, Sylburgii, præcipuos Græcorum Gnomographos collegi, Pythagoræ scilicet, Theognidis, Phocylidis carmina, Solonis, Tyrtæi, aliorumque minorum poetarum fragmenta, quæ exquisitas de moribus leges, & officiorum præcepta exhibent ligatæ orationis suavitate condita. Quæ Grotius acerrimi judicii vir ex incertis excerpta collegit, addere placuit, atque ex Anthologia selectiora desumpsi epigrammata ad mores pertinentia, &, cum commode fieri licuit, metrice a viris celebrioribus versa, quæ & incipientibus pro communis vitæ regula, & provectioribus in hujusce generis poesi pro optimis haberi possent exemplis. Ut autem libellum hunc tibi, eximiæ spei Adolescens, inscriberem, facile suasit mea erga te observantia, animique propensio, quam publico aliquo officio jamdiu declarare cupiebam, qui dum inter multorum manus versaretur, nomen tuum passim, præclarumque de te judicium circumferret. Nec ad

in-

institutionem tuam parum certe proderit lectio hæc ætati tuæ aptissima, qua sensim, ac veluti nec opinanter eam excoles feracissimam Philosophiæ partem, quæ brevioribus simul, simul gravissimis sententiis jucunde a sensibus ad honestatem perducat. Non desunt tibi magistri optimi, qui te ad rerum divinarum, humanarumque scientiam faciliori methodo traducant: non deerunt viri omni eruditionis genere præstantissimi, qui tenellam ætatem tuam exquisitioribus doctrinis exornent: domi, & in schola præceptis, institutisque abundabis. Quid autem desit, si cum præclara tua indole, optimaque natura, si cum doctrina, studiisque tuis domesticum Illustrissimi ac Reverendissimi Episcopi patrui tui illustre conjungas exemplum? Illum si spectes, ad cujus non solum consuetudinem, verum etiam ad victum, & contubernium vocatus es, doctrinam eximiam, sapientissima consilia, instituta sanctissima, quam diu voles, edisces. Habes quem magna cum laude imitari possis, quemque si ducem sequaris, singularem in Deum pietatem, morum integritatem, innocentiam, probitatem, in hominibus excipiendis humanitatem, in juvandis benignitatem, comitatem, gravitatem, miram denique animi ad optima quæque propensionem percipies. Et quoniam id vitæ genus es amplexus, quæ a rebus humanis aversa, eorumque, quæ cæteri admirantur, contemptrix tota in virtute, & divina prope consuetudine defixa est, enitere, ut quantum ipsi sanguine, & naturæ arctissimo vinculo conjunctus es, sis etiam morum,

& virtutum similitudine conjunctissimus. Praclara autem tuæ indoli, præclarissimis his præceptis, & exemplis quanta ex optimis studiis accessio fiet? Habebis hic bene vivendi, recteque faciendi consilia; unde ducas, quove referas officia intelliges; quæ bona inseverit natura, meliora efficere poteris; si quid vitii aut mala consuetudo, aut depravatæ opiniones ingesserint, evellere, atque eradicare; ea denique, quæ ad Dei cultum, ad hominum tuendam societatem conferunt, habebis. Omnia enim communis vitæ præcepta, omnia virtutum genera, & officia nihilo melius a Philosophis, quam a Poetis docentur, quorum præcipuus est finis, non inanibus fabellis, ut in vulgus creditur, levibusque ad voluptatem fictis imaginibus animos demulcere, sed eos virtutum semine, & sapientiæ institutis informare, atque exornare. Nam Homerus Poetarum parens ad vitam hominum instituendam sic totam accomodavit poesim suam, ut ea dicta sit a Magno Basilio laus esse virtutis, & ab Anassagora circa justitiam maxime virtutemque versari; multa vero, & egregia passim interseruit apohthegmata, quæ deinde, ut animadvertit immortalis hujusce viri vitæ scriptor anonymus, ii, qui Sapientes appellari sunt, adoptarunt, quippe in illis pars antiquæ sapientiæ maxima continetur. Fuit enim vetus consuetudo, ac prima Philosophia brevibus dictis immensam prope doctrinam concludere. Multas aut ab se primum propositas, aut ex antiquioribus collectas sententias omnium sapientissimus Rex Salomoniis

mo-

monumentis consignavit, & libris, quos non modo legimus, verum etiam veneramur, per excellentiam quamdam a Patribus Panaretos dictos, quasi virtutum omnium thesaurum & doctrinam; multas docti homines a Poetis, Historicis, Philosophis enunciatas conservare, & ad posteritatem propagare studuerunt; optimeque instituerunt majores nostri, ut eorum scripta exponerentur in scholis, ac juventuti sedulo discenda proponerentnr. Hoc & primæ Ecclesiæ Doctores, Patres, & Theologos Græcos non improbasse videmus, qui multas ex iis sententias non modo in sanctissimis scriptis suis protulerunt, ut Cyrillus, Theodoricus, Chrysostomus, sed idem scribendi genus sæpissime imitari sunt. Testes sunt Maximi Episcopi de Charitate Centuriæ, Thalassii Cæsariensis Episcopi Hecatondes sententiarum, Nili Paræneses, cæterisque omissis Gregorii Nazianzeni Carmina, & Basilii Magni ex Novo Testamento sententiæ. His itaque subsidiis te non jam optima tantum promittere, sed adhuc optima facere, & quod a te postulat nobilitas generis, institutique ratio, quæ non humilia, non vulgaria, sed singularia quædam, ac illustria requirit, te abunde præstare omnes facile intelligent. Hoc autem, qualecumque sit, officii mei, animique erga te testimonium, ut benigne excipias, oro, & tuæ humanitatis magnitudine ejusdem tenuitatem amplifices.

EX SUIDÆ LEXICO

DE HUJUS LIBELLI

auctoribus præcipuis.

PYTHAGORAS.

Pythagoras Samius conscripsit tres tantum libros, *Institutorium*, *Politicum*, *Physicum*. Quidam vero ei tribuunt etiam *Aurea carmina*. Floruit autem (*inquit Diogenes Laertius*) circa sexagesimam Olympiadem: & collegium ab eo institutum perduravit usque ad XIX. generationes.

ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ.

Πυθαγόρας Σάμιος συνέγραψε μόνα τρία βιβλία, Παιδευτικὸν, Πολιτικὸν, Φυσικόν. τινὲς δὲ αὐτῷ ἀνατιθέασιν καὶ τὰ Χρυσᾶ ἔπη. ἤκμασε δὲ (inquit Diogenes Laertius) κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα· καὶ αὐτοῦ τὸ σύστημα διέμεινε μέχρι γενεῶν ἐννεακαίδεκα.

PHOCYLIDES.

Phocylides, philosophus Milesius, eodem cum Theognide vixit tempore uterque 647. annis post res ad Trojam gestas Olimpiade 59. Scripsit *Carmina hexametra* & *Elegias*, *Adhortationes* sive *Sententias*: quæ *Capita* inscribunt, surrepta autem sunt e Sibyllinis.

ΦΩΚΥΛΙΔΗΣ.

Φωκυλίδης Μιλήσιος φιλόσοφος, σύγχρονος Θεόγνιδος. ἦν δὲ ἑκάτερος μετὰ χμζ´ ἔτη τῶν Τρωϊκῶν· Ολυμπιάδι γεγονότες νθ´. ἔγραψεν ἔπη καὶ ἐλεγείας, παραινέσεις ἤτοι γνώμας· ἅστινας Κεφάλαια ἐπιγράφουσιν. εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν Σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα.

THEOGNIS.

Theognis Megarensis,

ΘΕΟΓΝΙΣ.

Θέογνις Μεγαρεὺς, τῶν

ex Siciliæ Megaris; vixit 59. Olimpiade. Scripsit *Elegiam* in eos qui e Syracusarum obsidione servati sunt incolumes; *Sententiasque elegiacas*, ad versus 2800. & ad Cyrnum amasium suum *Gnomologiam* elegiacis versibus, aliaque *Præcepta adhortatoria*; carmine omnia. Et Adhortationes quidem scripsit Theognis: sed interspersæ eis sunt impuritates & puerorum amores, & alia quæ virtutem sequens vita aversatur.

ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων, γεγονὼς ἐν τῇ νθ΄ Ὀλυμπιάδι. ἔγραψεν ἐλεγείαν εἰς τοὺς σωθέντας τῶν Συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ. γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη βω. καὶ πρὸς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων, καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικάς· τὰ πάντα ἐπικῶς. καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε Θέογνις· ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰσὶ μιαρίαι καὶ παιδικοὶ ἔρωτες, καὶ ἄλλα ὅσα ὁ ἐνάρετος ἀποστρέφεται βίος.

SOLON.

Solon, philosophus Atheniensis, legislator & actor popularis. Vixit Olympiade 47. ut alii tradunt, 56. Scripsit Leges; qui AXONES nominati sunt: Carmen item versibus elegiacis, quod SALAMIS inscribitur: *Præcepta* quoque versibus elegiacis, & alia. Est vero & hic unus e Septem qui nominantur Sapientibus.

ΣΟΛΩΝ.

Σόλων Ἀθηναῖος φιλόσοφος, νομοθέτης καὶ δημαγωγός. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς μζ΄ Ὀλυμπιάδος, οἱ δὲ νς΄. ἔγραψε νόμους. οἵτινες ἄξονες ὠνομάσθησαν. ποίημα δὲ δι' ἐλεγείων, ὃ Σαλαμὶς ἐπιγράφεται· ὑποθήκας δὲ (f. δι') ἐλεγείας. καὶ ἄλλα. ἔστι δὲ καὶ οὗτος εἷς τῶν ἑπτὰ ὀνομαζομένων σοφῶν.

Ex Suida.

Tyrtæus, Archimbrot filius, Lacon aut Milefius Elegiarum Scriptor, & tibicen, qui carminibus fuis fertur Lacedæmoniis, cum adverfus Meffenios bellum gererent, victoriæ author fuiffe. Eft autem vetuftiffimus, utpote qui eodem tempore cum feptem (qui vocantur) fapientibus vixerit, aut etiam antiquior. Floruit faltem circa 35. Olymp. Scripfit præcepta vitæ verfibus Elegiacis, & carmina de bello lib. 5.

Ἐκ τῶν Σουίδα.

Τυρταῖος Ἀρχιμβρότυ, Λάκων, ἢ Μιλήσιος, ἐλεγειοποιὸς, καὶ αὐλητὴς, ὃν λόγος, τοῖς μέλεσι χρησάμενον, Λακεδαιμονίυς πολεμῦντας Μεσσηνίοις ἐπικρατεςέρυς ποιῆσαι. ἐςὶ δὲ παλαίτατος, σύγχρνος τοῖς ἑπτὰ κληθεῖσι σοφοῖς. ἢ καὶ παλαίτερος, ἤκμαζε γοῦν κατὰ τὴν λέ Ὀλιμπιάδα. ἔγραψεν ὑποθήκας δι ἐλεγείας, καὶ μέλη πολεμιςήεια εἰς βιβλία έ.

Ex Suida de SimonEide.

Suidas enumerans multos Simonides, poftremum his notis defcribit.

Simonides, Crinei filius, Amorginus, carminum Jambicorum fcriptor, fcripfit Elegiam duobus libris, & Jambos. Floruit autem 406. annis poft bellum Trojanum. Primus Jambos fcripfit fecundum quofdam.

Ἐκ τῶν Σουίδα.

Περὶ Σιμωνίδυ.

Σιμωνίδης Κρίνεω, Ἀμοργῖνος, ἰαμβογράφος. ἔγραψεν ἐλεγείαν ἐν βιβλίοις β'. ἰάμβους. γέγονε δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ υ' καὶ ς' ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. ἔγραψεν ἰάμβυς πρῶτος αὐτὸς κατά τινας.

Ex

Ἐκ

Ex Suida.

De Rhiano.

Rhianus Cretensis Benæus (Bene enim urbs est Cretæ) nonnulli Ceræten, alii vero ex Ithaca vel Messene ipsum natum esse memoriæ prodiderunt. Hic prius palæstræ custos, & servus fuit; postea vero edoctus Grammaticus factus est contemporaneus Eratostheni. Scripsit carmine Heracliada libris quattuor.

Ἐκ τῶν Σουίδα.

Περὶ Ῥιανοῦ.

Ῥιανός, ὁ Κρὴς ὢν Βηναῖος (Βήνη δὲ πόλις Κρήτης) τινὲς δὲ Κεραίτην, ἄλλοι γὲ Ἰθάκης, ἢ τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν. οὗτος δὲ ἦν τῆς παλαίστρας πρότερον φύλαξ, καὶ δοῦλος. ὕστερον δὲ παιδευθεὶς ἐγένετο γραμματικὸς, σύγχρονος Ἐρατοσθένους. ἔγραψεν ἔμμετρα ποιήματα Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τέσσαρσι.

Ex Suida.

De Mimnermo.

Mimnermus Ligyrtiadæ filius, Colophonius, aut Smyrnæus, aut Astypaliensis, Elegiarum Scriptor. Vixit Olympiade 37. ita ut præcesserit septem sapientes. Nonnulli vero dicunt eum eodem tempore cum illis vixisse. Vocatus etiam fuit Ligyastades ob ejus industriam & suavitatem.

Ἐκ τῶν Σουίδα.

Περὶ Μιμνέρμου.

Μίμνερμος, Λιγυρτιάδου, Κολοφώνιος, ἢ Σμυρναῖος, ἢ Ἀστυπαλιεύς, ἐλεγειοποιός. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς λζʹ Ὀλυμπιάδος, ὡς προτερεύειν τῶν ζʹ σοφῶν. τινὲς δὲ αὐτοῖς συγχρονεῖν λέγουσιν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λιγυαστάδης, διὰ τὸ ἐμμελὲς, καὶ λιγύ.

CATALOGUS EORUM

Quæ in hoc volumine continentur.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. *Fra Paulo Tommaso Manuelli Inquisitore di Venezia* nel Libro intitolato *Epicæ, & Elegiacæ Sententiæ Græcorum Poetarum &c. Græce & Latine*, non v'essere cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo licenza a *Simone Occhi Stampatore in Venezia*, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 5. Febbraro 1745.

(
(Gio: Alvise Mocenigo 2. Riff.
(Giovanni Querini Proc. Riff.

Michel Angelo Marino Segr.

Registrato in Libro a C. 19. al N. 148.

P Y-

PYTHAGORÆ

AUREA CARMINA.

PRimum deos immortales, ut lege illis ordinatum est,
Cole;& jusjurandum observa:deinde heroas pręclaros,
Et inferos dæmonas venerare,legitima (eis sacra) faciens.
Parentesque honora,& qui genere tibi proximi sunt.
Cęterorum vero tibi amicum virtute fac quisquis(est) optimus.
Lenibus cede verbis factisque utilibus.
Nec oderis amicum tuum exigui peccati causa,
Quoad poteris:potētia enim prope necessitatē habitat.
Hæc quidē sic teneas.Cæterū his superior esse assuesce:
Ventre quidem primum, & somno, & libidine,
Et iracundia. Turpe vero quidpiam numquam facies nec cum alio,
Nec tecum: sed omnium maxime teipsum reverere.
Deinde justitiam exerce, & verbis & factis.
Neque inconsiderate te in ulla re gerere assuesce:
Sed noris quod omnibus fato destinatum sit mori:
Pecuniæ vero alias acquiri solent, alias perdi.
Quasque divina sorte homines calamitates habent,
Earum quamcumque portionem habes, leniter fer, nec indignare:
Mederi tamē(illis)decet,quantū potes.Sic vero cogita:
Non admodum multum bonis(viris)Parca de illis tribuit.
Multi vero inter homines tā mali quā boni sermones

In-

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ

ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς * διάκειται,
Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυοὺς,
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.
Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
Πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν * δὲ ἐθίζεο τῶνδε.
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ· πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' * ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
Εἶτα δικαιοσύνην * ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε.
Μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσσά τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν.
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πράως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ.
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί

Incidunt: quibus neque exterrearis, neque finas
Te dimoveri [ab instituto.] Mendacii vero si quid dicatur,
Leniter sustine. Quod autem [nunc] dicam, per omnia perficitor:
Nemo tibi neque verbis, neque factis persuadeat,
Ut facias dicasve quod tibi non sit commodum.
Consulta ante opus, ut ne stulta [inde] exsistant.
Stolidi utique est viri & facere & dicere inconsiderata.
Verum ea perage, quæ te postea non molestent.
Nihil autem illorum age quæ ignoras: sed disce
Quæcumque opus est: atque ita jucundissimam vitam transiges.
Neque sanitatem quæ corpori debetur, neglectui haberi oportet:
Sed modum in potu, cibo, & exercitiis
Adhibeas: Modum autem voco id quod tibi dolorem non pariat.
Sed assuesce victum habere purum, non deliciosum.
Et cave ea facere quæcumque invidiam habent
Nec sũptus importune facias, velut honesti ignarus;
Nec illiberalis sis: Modus quippe in omnibus optimus.
Fac ea quæ tibi non noceant: & ante opus delibera.
Neque somnum mollibus oculis admittas,
Priusquam diurnorum operum singula ter [animo] percurras:
Ubi transilii? quid feci? quid mihi, cum oporteret, non peractum est?
Exorsus autem a primo percense, & deinde
Turpibus quidem perpetratis, increpare; bonis vero, delectare.
Hæc elabora; hæc meditare; hæc te amare oportet:
Hæc te in divinæ virtutis vestigia constituent.
Ita certe per eum qui animæ nostræ tribuit quaternũ,
Fon-

Προσπίπτωσ' ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ὥσπερ τι λέγηται,
Πράως * ἴχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ * παντὶ τελείσθω.
Μηδεὶς μήτε λόγῳ σὲ παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
Πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν ὅ τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκου
Ὅσσα χρεὼν· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή.
Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσῃ.
Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων.
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
* Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῆ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη,
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα,
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε.
Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
* Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,

Fontem perennis naturę. Cęterum ad opus accede,
Deos ut [id] perficiant precatus. Hęc adeptus,
Cognoſces & immortalium deorum & mortalium hominum
Conſiſtentiam, qua & tranſeunt ſingula, & continētur.
Cognoſceſq; qua fas eſt, naturam in omni re ſimilem
Ut neque ſperes non ſperanda, neque quicquam [te] lateat.
Cognoſces quoque homines ſua ſponte accerſita mala habere.
Miſeri, qui bona cum prope ſunt, non inſpiciunt,
Neque audiunt. Malorum vero ſolutionem pauci intelligunt.
Talis ſors hominū lędit mentes: illi vero cylindris
Alias alio feruntur, infinita habentes mala.
Triſtis enim comes lis latenter nocet, (fugere
Congenita: quam non decet accerſere, ſed cedendo
Jupiter pater, aut multis omnes ſolveres malis,
Aut omnibus, quali fortuna ſint uſuri, monſtrares.
Sed tu confide; quandoquidem divinum eſt mortalibus genus.
Quibus ſancta proferens natura oſtendit ſingula.
Quorum ſi qua tibi portio eſt, tenebis quæ te jubeo
Medela adhibita, & animam ab iſtis ærumnis liberabis.
Sed abſtine edulibus quæ diximus, cum in purgationibus.
Tum in animæ ſolutione dijudicans; & ſingula conſidera,
Auriga ſuperne conſtituta optima ratione.
Quod ſi relicto corpore ad liberum æthera perveneris,
Eris immortalis, Deus incorruptibilis, nec amplius mortalis.

Ejuſ-

Παγαὶ ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι· τούτων δὲ κρατήσας,
Γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται.
Γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην.
Ως τέ σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.
Τλήμονες, οἵτ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων, οὐκ ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· οἱ δὲ κυλίνδροις
Αλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθεν
Σύμφυτος· ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
Η πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Αλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
Ων εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
Εξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Αλλ' εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Εν τε λύσει ψυχῆς κρίνων· καὶ φράζευ ἕκαστα,
Ηνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
Ην δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Εσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Ejusdem.

Parce tuæ vitæ, ne ipsam animi affectibus devores.

PHOCYLIDIS POEMA

ADMONITORIUM.

Nec furtivas nuptias quære, nec masculam venerem exerce.
Ne fraudes necte, neque sanguine manus pollue.
Ne ditescas injuste, sed ex juste partis vive.
Esto contentus præsentibus, & ab alienis abstine.
Mendacia ne dixeris, sed vera omnia loquere.
Primum Deum cole; postea vero tuos parentes.
Omnibus justa tribue, neq; judiciũ ad gratiam trahe.
Ne abjicias paupertatem injuste, ne judica personam:
Quod si tu male judicaveris, Deus te postea judicabit.
Testimonium mendax fugito, & justa loquere.
Virginitatem custodi, fidemque in omnibus serva.
Mensuras tribue justas: quoniam modus in omnibus bonus [est.]
Lancem ne impellas in alteram libræ partem, sed æqualem trahe.
Nec pejeraveris, neque inscienter, neque sponte:
Falsum juramentum odit Deus immortalis, quicumque juraverit.
Semina ne furare: exsecrabilis [est] quisquis abstulerit.
Mercedem laboranti da; ne affige pauperem.
Linguæ mentem adhibe; occultum verbum in pectore contine.
Nec injurius velis esse; neq; item injuste agentem sinas.
Mendico statim da, neque cras venire jube.

Im-

τοῦ αὐτοῦ.
Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ

ΠΟΙΗΜΑ ΝΟΥΘΕΤΙΚΟΝ.

Μήτε γαμοκλοπέειν, * μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν.
Μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν.
Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Πᾶσι δίκαια νέμειν, μὴ δὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
Μὴ ῥίψῃς πενίην ἀδίκως, μὴ κρῖνε πρόσωπον.
Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν, πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
Μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνὼς, μήτε ἑκοντί.
Ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἀρεῖται.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα.
Γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν, κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.

Impleta manu tua, misericordiam egeno exhibe;
Exsulem in domum excipe; & cęcum in viam duc.
Naufragorum miserere; quoniã navigatio incerta est.
Manum lapso porrige; serva cui nemo assistit, virum.
Communes casus omnium; vita trochus; instabilis felicitas.
Si divitias possides, tuam manũ pauperibus porrige.
Quæ tibi dedit Deus, de his egentibus præbe.
Sit communis omnis vita, & concordia omnia.
Gladium accinge, non ad cædem, sed ad ultionem:
Utinam vero non indigeas [hoc,] neque legitime, neque injuste.
Nam etiamsi hostem occideris, manum tuam polluis.
Ab agro vicino abstine, neque transeas.
Omnium optimus modus est; transgressiones vero vitiosæ.
Non crescentem adhuc agri fructum lædes.
Sint in pari honore advenæ cum civibus:
Omnes enim paupertatem experimur vagam:
Regioque nullum stabile habet solum hominibus.
Avaritia mater est mali omnis:
Aurum semper inescatio est, & argentum, hominibus.
O aurum malorum dux, vitæ corruptela, omnia convellens.
Utinam non esses mortalibus malum desiderabile.
Tua enim caussa pugnæ, prædæ, cædesque [sunt;]
Infensi parentibus liberiq; fratresque consanguineis.
Neq; aliam occulta in corde sententiam, aliam effare.
Neque ut saxis adhærens polypus, pro loco muteris:
[Sed omnibus simplex esto; & ex animo loquere.]
Qui volens injuste agit, malus vir [est:] sed qui ex necessitate,
Non dico prorsus [malum:] sed institutum examina cujusque.

Ne

Πληρώσας σέο χεῖρ', ἔλεον χρήζοντι παράσχου.
Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Ναυηγοὺς οἴκτειρον· ἐπεὶ πλόος ἐστὶν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου, σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
Κοινὰ πάθη πάντων· ὁ βίος τροχός· ἄστατος ὄλβος.
Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
Ὧν σοι ἔδωκε θεός, τούτων χρήζουσι παράσχου.
Ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν.
Εἴθε δὲ μὴ χρήζοις, μήτ' ἔννομα, μήτ' ἀδίκως γε.
Ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Ἀγροῦ * γειτονέοντος ἀπέχεο, μὴ δ' ἄρ ὑπερβῇς.
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
Μηδέ τιν' αὐξόμενον * καρπὸν λώβησον ἀρούρης.
Ἔστωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
Πάντες γὰρ πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου.
Χώρη δ' οὔτι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων.
Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
Σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε.
Ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶραν ἀμείβου.
(Πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.)
Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ἀλλ' ἐπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴν δ' εὔθυνε ἑκάστου.

Ne efferaris sapientia, neque robore, neque opibus:
Unus Deus est sapiens, potens simul & omnifariam dives.
Neque præteritis malis macera cor tuum:
Nec enim amplius potest, quod [semel] factum est, esse infectum.
Ne (sis) præceps ad manum; sed frena ferocem iram.
Sæpe enim percutiens, invitus cædem perpetraveris.
Passiones sint communes: nihil magnum neque superbum [sit.]
Non bona est redundans mortalibus utilitas.
Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.
Inflat autem nimia opulentia, & ad contumeliam incitat.
Excandescentia subrepens, furorem parit perniciosum.
Ira, cupiditas est; [temporis] vero [modum] excedens, ira inveterata.
Æmulatio bonorum, bona: malorum vero, prava.
Audacia malorum, exitiosa; sed valde juvat bona tractantes.
Virtutis amor, honestus est: at Veneris, auget dedecus.
Voluptas [vir] prudens vocatur inter cives.
Moderate comede, bibe, ac loquere:
Omnium modus optimus, excessus vero vitandus est.
Ne invideas bona sociis, ne reprehensionem affigas:
Sine invidia etiam dii inter se degunt.
Non invidet luna longe præstantioribus solis radiis:
Nec terra altitudini cælesti, licet ipsa sit infra:
Non flumina mari; sed sempiternam concordiam agunt.
Nam si discordia inter deos esset, non consisteret polus.
Temperantiam exerce: & obscenis factis abstine.
Ne sectare malignitatem, sed jure abole vindictam.

Persua-

Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.
Εἷς θεός ἐστι σοφός, δυνατός θ' ἅμα καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι τρύχου τεὸν ἦτορ.
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον * ἐξετέλεσσας.
Ἔστω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μηθ' ὑπέροπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος, μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Ὀργὴ δ', ἐστὶν ὄρεξις· ὑπερβαίνουσα δὲ, μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλός, φαύλων δ' ὑπέρεργος.
Τόλμα κακῶν, ὀλοή, μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονοῦντας.
Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ Κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Μέτρῳ μὲν φαγέειν, πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν.
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' * ἀλεγεινή.
Μὴ φθονέῃς δ' ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
Ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς.
Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι νέρθεν ἐοῦσα.
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν· ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.
Σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπάλειψον ἄμυναν.

Πειθώ

Persuasio quidem utilitatem, lis vero litem gignit.
Ne credas cito, priusquam certo finem perspicias.
Vincere benefacientes pluribus meritis convenit.
Pulchrius est excipere hospitem statim frugalibus mensis,
Quam pluribus subdolis & tardantibus intempestive.
Numquam fœnerator amarus sis viro pauperi.
Neque quis aves e nido simul omnes auferat;
Sed matrem dimittas, ut rursus habeas ex ea pullos.
Numquam judicare homines siveris imperitos:
Sapientiam sapiens dirigit; artes autem qui ejusdem est artis.
Non capit magnā doctrinam qui non didicit audire:
Nihil enim intelligunt qui numquā bona didicere.
Nec mensipetas adulatores fac sodales.
Multi namque cibi & potus sunt sodales,
Tempori servientes, si habeant unde satientur;
Succensentes paucis, & omnes multis inexplebiles.
Vulgo ne fide: mutabilis ingenio est turba
Vulgus, aqua, & ignis, cohiberi nequeunt.
Neque frustra ad ignem sedens devores carum cor.
Moderata diis præsta: modus enim est optimus.
Terram impartire insepultis cadaveribus.
Ne tumulum mortuorum refodias, neque non aspectanda
Soli monstres, divinamque iram provoces.
Non honestum est hominis compagem resolvere.
Et mox e terra speramus nos in lucem predituros,
Defunctorum reliquias: postea vero dii erunt.
Animæ namque incorruptæ manent in mortuis.
Spiritus enim usui a Deo datus est mortalibus, & imago Dei.
Corpus enim ex terra habemus, & omnes in eam
Resoluti pulvis sumus; cælum vero spiritū recipit.
Divi-

Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ᾽ ἔριν ἀντιφυτεύει.
Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
Νικᾶν δ᾽ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
Καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
Ἢ πλείσταις δολίαισι, βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.
Μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω.
Μητέρα δ᾽ ἐκπρολίποις, ἵν᾽ ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοττούς.
Μηδέ ποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.
Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ᾽ ὁμότεχνος.
Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν.
Οὐ γὰρ δὴ νοέουσ᾽ οἱ μηδέποτ᾽ ἐσθλὰ μαθόντες.
Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
Καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν.
Ἀχθόμενοι δ᾽ ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.
Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος·
Λαός τοι, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.
Μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι· τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.
Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ᾽ ἀθέατα
Δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ᾽ ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν,
Λείψαν᾽ ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν, ἀὴρ δ᾽ ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.

Πλου-

Divitiis ne parcas; [ſed] recordare quod mortalis es.
Non licet in infernum opes habere, vel pecuniam [eo] vehere.
Omnes vita functi, pares ſunt; animabus autem Deus imperat.
Communia domorum tecta æterna, & patria orcus:
Communis locus univerſis, & pauperibus & regibus.
Non multum temporis vivimus homines, ſed ad tempus:
Anima vero immortalis & ſenectutis expers vivit perpetuo.
Neque malis ſuccumbe, neque item exſulta gaudio:
Sæpe in vita etiam confidentibus diffidendum.
Tempori ſervi, nec refla ventis.
Infortunium & afflictis mali ſolutio venit repente.
Ne grandiloquentiæ indulgens, mente rabioſus fias:
Facundiam exerce, quæ magno omnibus erit emolumento.
Telum ſane homini penetrantius ferro, ſermo eſt.
Arma unicuique tribuit Deus naturam aeriam;
Avibus quidem, magnam celeritatem, & robur leonibus,
Taurisque ſponte fuſa cornua, & aculeos apibus
Innatum dedit tutamen: at ſermo propugnaculum eſt hominibus.
Sed divinitus inſpiratæ ſapientiæ ſermo eſt optimus.
Præſtantior eſt robuſto vir ſapientia præditus:
Agros, urbes, & naves ſapientia gubernat.
Non fas eſt occultare virum ſceleratum, ne puniatur:
Sed maleficum averſari oportet neceſſario.
Sæpe cum malis moriuntur qui cum eis ſunt.
Furacium hominum ne accipe furtivum depoſitum:
Utrique fures ſunt, & qui recipit, & qui furatur.

Su-

Πλούτου μὴ φείδου, μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.
Οὐκ ἔν' ἐς ᾅδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρήματ' ἄγεσθαι.
Πάντες ἴσοι * νεκύων· ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.
Κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια καὶ πατρὶς ᾅδης.
Ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
Οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' * ἐπὶ καιρόν.
Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ.
Πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαῤῥαλέοισιν ἄπιστον.
Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Πῆμα καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.
Μὴ μεγαληγορίῃ τρυφῶν φρένα λυσσωθείης.
Εὐεπίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει.
Οπλον τοὶ λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
Οπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον,
Ορνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκὴν τε λέουσι,
Ταύροις δ' * αὐτοχύτοις κεράεσσιν, κέντρα μελίσσαις
Εμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
Αγροὺς καὶ πόλιας σοφίη καὶ νῆα κυβερνᾷ.
Οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀπάσθαλον ἄνδρα ἄτιτον.
Αλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπάασθαι ἀνάγκῃ.
Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.
Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην.
Αμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.

Μοῖραν

Suum omnibus tribue: æqualitas in omnibus optima.
Incipiens parce cunctis utere, ne tandem egeas.
Ne pecudis mortalis cibum ad mensuram ceperis.
Quod si inimici pecus in via ceciderit, colleva.
Errantemq; hominem & mari jactatum ne devites.
Satius pro hoste amicum nancisci benevolum.
Incipiens malum præcide, & hulceri medere.
Ne-quam a feris depastam comedas carnem, sed velocibus
Reliquias linque canibus: feris feræ vescantur.
Venena ne para: a magicis libris abstine.
Infantulis tenellis ne violenter manum corripueris.
Seditionem & litem declina bello ingruente.
Ne malo bene feceris: idē est ac seminare in ponto.
Opus fac, allaborans ut de propriis vivas:
Omnis enim opus fugitans homo, de furtivis vivit manibus.
Neque de alterius cęna vescaris mensæ rejectamentis;
Sed de propriis facultatibus edas, expers contumeliæ.
Quod si quis non didicit artem, fodiat bidente.
Est vitæ quodcumque opus, si laborare volueris.
Nauta si navigare velis, patet mare spatiosum:
Si vero agriculturam sectari, lati campi.
Nullum opus hominibus facile est sine labore,
Nec diis ipsis: & labor virtutem magnopere adjuvat.
Formicæ, intimis terræ penetralibus relictis,
Prodeunt victus indigentes, quando arva
Segetibus detonsis, fructibus implent areas:
Eædem tritici recens extriti onusculum gestant;
Aut hordei, semperque gestans gestantem urget;
Ex æstate in hiemem victum suum comportantes
Indefessum: natioque parva, laboriosa est.
Operatur quoque aeria optimeque laborans apis;

Si-

Μοῖραν πᾶσι νέμειν· ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη.
Αρχόμενος φείδου πάντων, μὴ τέρμ' ἐπιδεύῃς.
Μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕληαι.
Κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον.
Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον οὐχ ὑπαλύξεις.
Βέλτερον ἀντ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλου δυσμενέοντος.
Αρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι.
Μηδέ τι * θηροβόρον δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
Λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδωνται.
Φάρμακα μὴ τεύχου. μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
Νηπιάχοις ἁπαλοῖς μὴ μάρψῃς χεῖρα βιαίως.
Φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔριν πολέμου προσιόντος.
Μὴ κακὸν δ' ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἐστ' ἐνὶ πόντῳ.
Εργάζου, μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς.
Πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
Μηδ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέ-
ζης.
Αλλ' ἀπὸ * τῶν ἰδίων βιότων φαγέοις ἀνύβριστος.
Εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.
Εστι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλησθα.
Ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα.
Εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν, μακραί τοι ἄρουραι.
Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον,
Οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι· πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει.
Μύρμηκες, γαίης μυχάτους προλελοιπότες οἴκους,
Ερχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρουραι
Λήια κειράμεναι καρπῶν πλήθουσιν ἀλωάς.
Οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβὲς ἄχθος ἔχουσιν.
Η κριθῶν· αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα διώκει,
Εκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες
* Ατρυτον· φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.
Κάμνει δ' ἠερόφοιτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα,

Sive cavæ petræ in caverna, sive in arundinibus;
Sive in antiquæ quercus cavitate, intra alvearia,
Favis milleforos per flores cereas cellas struens.
Ne maneas cælebs, ne forte sine nomine pereas:
Da quid naturæ & ipse: gigne vicissim, sicut genitus es.
Ne prostituas uxorem, liberis tuis maculam aspergens.
Non enim similes progignunt filios adulterini lecti.
Novercæ ne attinge secundos parentis lectos;
Sed ut matrem cole quæ matris vestigia insistit.
Neque in aversandum sororis cubile venias:
Neque pellicum patris lecto commisceaaris.
Neque mulier conceptum fœtum corrumpat in ventre;
Neque post partum canibus projiciat aut vulturibus lacerandum.
Neque ullus suæ conjugi gravidæ manum afferat.
Nec item generationi aptum puerum marem umquam exseca:
Nec cum brutis animalibus initorium in torum venias.
Ne petulanter mulierem viola ob pudendum concubitum.
Ne naturæ toros transilias ad venerem nefariam:
Ne ipsis quidem feris masculi complacuerunt tori.
Nec item fęminæ masculorum concubitus imitentur.
Neque amore mulieris totus diffluas effreni:
Non enim amor deus est, sed affectus occultus omnium.
Neque fratrum uxorum conscende cubilia:
Tuam ama conjugem. Quid enim suavius & præstantius,
Quam si viro consentit cara uxor usque ad senectam,
Et

Ἠὲ πέτρης κοίλης καὶ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσιν,
Ἢ δρυὸς ὠγυγίης καὶ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλων
Σμήνεσι * μυριότρητα κατ' ἄνθεα κηροδομοῦσα.
Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι.
Δός τι φύσει καὐτός· τέκε δ' ἔμπαλιν ὡς ἐλοχεύθης.
Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον, σέο τέκνα μιαίνων.
Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.
Μητρυιῆς μὴ ψαῦε γε δεύτερα λέκτρα γονῆος.
Μητέρα δ' ὡς τίμα, τὴν μητέρος ἴχνια βᾶσαν.
Μὴ δὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν.
Μηδ' ἐπὶ παλλακίοισι πατρὸς λεχέεσσι μιγείης.
Μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός.
Μηδὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ καὶ γυψὶν ἕλωρα.
Μηδέ τις ἢ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάληται.
Μηδ' αὖ παιδογόνον ποτὲ τέμνειν ἄρσενα κοῦρον.
Μηδ' ἀλόγοις ζώοισι βατήριον ἐς λέχος ἐλθεῖν.
Μηδ' ὕβριζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς λεχέεσσι.
Μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως εἰς κύπριν ἄθεσμον.
Οὐδ' αὐτοῖς * θήρεσσι συνευάδον ἄρσενες εὐναί.
Μηδέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαιντο.
Μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον.
Οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι, πάθος δ' ἀΐδηλον ἁπάντων.
Μηδὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν.
Στέργε τεὴν ἄλοχον. τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι,

Et maritus suæ uxori, neque inter eos incidit contentio?
Neque quis sine desponsatione violenter puellis misceatur.
Neque malam uxorem domum tuam ducito:
Servias [quippe] uxori tristis gratia dotis.
Equos generosos quærere per domos,
Taurosque robustos, & feroces catulos;
Sed bonam [uxorem] ducere non contendimus insipientes;
Neque malum respuit mulier virum, si dives sit.
Neque nuptiis nuptias inducas, malum super malo:
Liberis autem tuis ne difficilis, sed lenis esto.
Si quid deliquerit puer, castiget mater filium,
Aut etiam seniores familiæ, vel populi proceres.
Ne in masculo puero nutrias jubam cirri,
Nec verticis plexus, neque nexus obliquos cincinnorum.
Masculis non convenit coma, sed mulieribus luxus.
Pueri formosi juvenilem custodi formam:
Multi enim rabido amore ad masculos congressus feruntur.
Virginem custodi bene clausis thalamis;
Nec eam usque ad nuptias ante domum conspici siveris.
Liberorum pulchritudo difficilis est custoditu parentibus.
Cognatis amorem tribue, justamque concordiam.
Reverere canos circum tempora, cedeque senibus
Sede & honoribus omnibus: natu vero præstantem
Senem, æqualem patris, paribus [cum patre] honoribus venerare.
Ventris debitam portionem præbe ministris.
Servo demensum tribuas, ut tibi gratus sit.

No-

Καὶ πόσις ἢ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος.
Μηδέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃσι μιγείη.
Μηδὲ γυναῖκα κακὴν οἴκοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι,
* Λατρεύῃς δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φέρνης.
Ἵππους δ' εὐγενέας δίζεσθαι μὲν καὶ οἶκον,
Ταύρους δ' ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων πανάγρους·
Γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν ἀφρονέοντες.
Οὐδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ' ἀπαναίνεται ἀφνεὸν ὄντα.
Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα.
Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι.
Ἢν δέ τι παῖς ἀλίτῃ, κωλυέτω υἱέα μήτηρ,
Ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες.
Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος.
Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μηθ' ἅμματα λοξὰ κορύμβων.
Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμαν, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.
Παιδὸς δ' εὐμόρφου φρούρει νεοτήσιον ὥρην.
Πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μῖξιν ἔρωτος.
Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.
Κάλλος δυσήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.
Συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ' ὁμόνοιαν.
Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς, ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.
Γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι.
Δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη.

Notas ne servo imprimas, probro eum afficiens.
Servum ne lædas maledictis deferendo apud herum.
Accipe vel a servo, si recte sapiat, consilium.
Castitas animæ, corporis est purgatio.
Hæc justitiæ arcana: secundum quæ viventes,
Bonam vitam usq;ad senectutis limen transegeritis.

Et hæc Phocydidis [sunt:] Ex quatuor istis nata sunt
Mulierum genera: alia ex cane; alia ex api,
Alia, ex torva sue; alia, ex equo jubato.
Ex equo nata, commoda est, velox, discurrens, specie præstans:
Ex torva autem sue, neq; mala, neq; item bona est.
Ex cane vero, molesta & fera est. Ex apicula autem,
Bona est rei familiaris administratrix, & scit opus facere: (ta.
Cujus, care sodalis, nuptias desiderabiles sortiri exop-

Est & hoc Phocylidis [dictum:] complures esse genere nobiles,
Quos neq; in verbis, neq; in consiliis gratia sequitur;
Ejusdem.
Puerum adhuc exsistentem oportet utique honestas res docere.

Multa decipi [oportet eum] qui quærit esse bonus.

Omnia mediis optima; medius in civitate esse volo.
Ejusdem.
Oportet in convivio, calicibus circumitantibus,
Suaviter garrientem sedere ac vinum potare.

Opibus si eges, curam habe pinguis agri:
Agrum etenim dicunt Amaltheæ cornu esse.

THEO-

Στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.
Δοῦλον μὴ βλάψῃς τι κακηγορέων πρὸς ἄνακτα.
Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου * εὖ φρονέοντος.
